vix dum ingreſſus,& Deum vanitatis, atque impoſturæ,& nos furti accuſet. εἰσελήλυθεν,huc venit,nos adortus eſt,rectà nos adiit. ὁ προ σὰρ,geſtu hoc effertur aſpernabili. βουλιμιᾷ. Ingens & non toleranda fames βουλιμία dicitur, vnde βουλιμιᾷν ſumma laborare inedia. βοῦ,aduerbium eſt intendédi,quod ſignificat πάνυ,μεγάλως,& λίαν. λιμὸς fames:vt is dicatur βουλιμιᾷν, qui præ fame totum bouem ſit deuoraturus. Iuſtus culpam iracundiæ in famem ſycophantæ cenſuit reiiciendam. Quod ita acerbè deſæuiat, inquit,hoc fames efficit. Dictum eſt autem vetere prouerbio,Fames & mora bilem in naſum conciunt.Et famelicorum ventrem,latrantem dicunt, & iratum.

Σχόλια. Σὺ μὲν εἰς ἀγοράν.] τοῦτο πρὸς τὸν θεράποντα. τὸ δὲ οὐκ ἂν φθάνοις,ἀντὶ τοῦ οὐκ ἂν πέρας σχοίης τῶν κακῶν. Ἐπὶ τοῦ τροχοῦ,] τροχός τις ἦν ἐν ᾧ δεσμούμενοι οἱ οἰκέται ἐκολάζοντο. τοῦτο δὲ λέγει ὁ ἄδικος πρὸς τὸν θεράποντα.

Gerardvs. φθάνοις. Sic expones verbum φθάνω,οὐκ ἂν φθάνοις ἰὼν, nunquam efficies quin eas,nulla ratione poteris te expedire, quin à me in ius voceris. Dicuntur hæc Carioni, qui acerbius eum vocauerat πονηρὸν,τοιχωρύχον,& σιδαρὸν συκοφάντην. Modeſtius enim multo Iuſtus dixerat eum βουλιμιᾷν. Ecce autem vt ad lites mouendas paratus eſt calumniator. τροχοῦ. Noxij adligabantur rotis, vt radiis rotarum conuulſi,lenta quidem morte, ſed maximo cruciatu illic perimerentur. Peculiarius fuiſſe ſeruis tormentum hoc volunt,quo exſculpebatur, quod illi perperam admiſerant. οἴμωζε,luge. Ergo iam te tui pœniteat dicti. Minatur illi verbera & luctum. Aut verò contemptus eſt. Quos enim aſpernamur, iubemus eos plorare. Sumptum à Scythis, qui Dario regi nihil aliud reſponderunt,quàm κλαίειν. Σωτῆρα. Ex quamplurimis cognominibus Iouis, vnum fuit cum primis celebre quo Σωτὴρ,id eſt,ſeruator dictus eſt, quod in conuiuiis maximè veteres vſurpabant. Priſci moris fuit,vt cibis appoſitis vinum merum infunderetur, quo ſignificatum volebant, quanta vis eſſet boni dei. Poſtea quàm verò quiſque pro ſuo arbitrio diluiſſet, nomen Iouis Seruatoris præfabantur,per hoc innuentes, vinum ita eſſe temperatum, vt citra noxam bibi iam poſſet. Primum poculum Ioui ſacrabatur, qui pro loco,& re nomen ſortiebatur. In victoriali conuiuio,calix dicebatur Διὸς ὀλυμπίου. Iouis Olympici. In nuptiali autem, Διὸς ὡραίου γάμου, Iouis tempeſtiuarum nuptiarum authoris. In hac re primus crater Iunoni itidem vt Ioui ſacrabatur. Secundum poculum ἥρωσι tribuebatur, heroibus & ſemideis. Tertium poculum τῷ Διὶ τῷ σωτῆρι ſacrabant,id eſt,Ioui ſoſpitatori propterea quòd crederent potationem hucuſque citra ebrietatem conſiſtere poſſe. Vltra autem quod erat,ad libidinem vergere & intemperiem. Qua ratione tertium craterem vocabant τέλειον, id eſt, perfectum & ſummum,vt in quem bibendi deſineret modus. Quanquam Aſclepiades ad tertium vſque ſcyphum progredi noluerit qui aiebat, primum ad ſitim pertinere,ſecundum ad voluptatem, tertium ad ebrietatem, quartum ad inſaniam. Vide autem, num idcirco Iuſtus vir hic per Iouem Seruatorem ideo iuret, vt recordatio conuiuiorum, in quibus frequens ſycophanta fuerat,& mentionem Iouis Seruatoris audierat, grauius eum offendat,qui nunc miſer, à conſortio hominum,vt execrabilis ſubmouendus eſt. πολλοῦ ἄξιος,multa re dignus eſt,magni fit,multum honoris conſequitur. μετέχων, ſocius iniuriarum. θοιμάτιον,τὸ ἱμάτιον. εἴληφας. Perfectum Atticum ab anormi verbo λαμβάνω.

Δι. Οὐδὲν προτιμῶ σου. φορῶ γὰρ πριάμενος
Τὸν δακτύλιον τονδὶ παρ' Εὐδάμου, δραχμῆς.
Καρ. Ἀλλ' οὐκ ἔνεστι συκοφάντου δήγματος.
Συ. Ἆρ' οὐχ ὕβρις πολλὴ ταῦτ' ἐστί; σκώπτετον,
Ὅτι δὲ ποιεῖτον ἐνθάδ' οὐκ εἰρήκατον.
Οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ γὰρ ἐνθάδ' ἐστὸν οὐδενί.

Iv. *Nihili ego te facio. Nam & hunc geſto annulum,*
Drachma redemptum ab Eudamo, ſummo opifice.
CA. *Sed contra ſycophantæ morſum non ineſt*
Remedium. SY. *an non inſignis hæc iniuria eſt?*
Illuditis quidem: ſed cuius rei gratia
Hic hæreatis, nondum dixiſtis mihi.
Neque enim vllius bonæ rei cauſa eſtis hîc.

Σχόλια. Οὐδὲν προτιμῶ σου.] οὐ φροντίζω σου. εἴρηται δὲ τὸ προτιμᾶν ἐπὶ τοῦ λόγον ἔχειν ἢ ἐπιστρέφεσθαι. λέγει οὖν, οὐ φοβοῦμαί σε ἔχων φυσικὸν δακτύλιον. δακτύλιον δὲ τὸν λεγόμενον φαρμακίτην. Εὔπολις Βάπταις μέμνηται. ὁ δ' Εὔδαμος φαρμακοπώλης καὶ ἀμφίας ἢ χρυσοπώλης, τετελεσμένους δακτυλίους πωλῶν. φιλόσοφος δὲ ἦν ἐστὶν ὁ Εὔδαμος φυσικοὺς δακτυλίους ποιῶν πρὸς δαίμονας ἢ ὄφεις ἢ τὰ τοιαῦτα. ἐθεράπευον γὰρ τοὺς ὀφιοδήκτους. μᾶλλον δὲ τὴν ἀρχὴν οὐκ εἴων ὑπ' ὄφεων δάκνεσθαι. Τὸν δακτύλιον τονδί.] ἀλεξιτήριον τῶν δηκτηρίων δείκνυσιν αὐτῷ ἢ βασκανίας ἀποτρεπτικὸν δακτύλιον, ὃν καλοῦσι φαρμακίτην, πρὸς ὃ θεράπων, κἂν ἔχῃς φαρμακίτην δακτύλιον, ἀλλ' οὐ πρὸς δῆγμα συκοφάντου, ὡς τούτων χειρόνων ὄντων καὶ θηρίων, πρὸς ἃ ὁ δακτύλιος πεποίηται. ἀλλ' οὐκ ἰσχύει φησὶν ἐστὶν ὁ δακτύλιος πρὸς τὸ δῆγμα τοῦ συκοφάντου. τοῦτο δὲ ὁ ἕτερος πρεσβύτης λέγει ὁ τὸν τρίβωνα κομίσας. οἱ γὰρ δύο τὸν συκοφάντην ἐκφλυαροῦσι. λέγεται δὲ ἐν ἤθει ὅτι οὐκ ἔστι τις ἐν τῷ δακτυλίῳ ἐπῳδὴ ἢ φάρμακον πρὸς δῆγμα τοῦ συκοφάντου. ἐπεὶ εἰώθασι λέγειν οἱ τὰ περίαπτα πωλοῦντες ὅτι χρησιμεύει τόδε πρὸς τόδε. λέγει οὖν ἀλλὰ τοῦτο τὸ ἄκος ἢ ἡ ἀντιπάθεια οὐδὲν ἰσχύει πρὸς δῆγμα συκοφάντου. τὸ δὲ δῆγμα, σκληρὰ λέξις ἀπὸ τοῦ ἑρπετοῦ εἰρημένη. ἄλλως. μὴ λάβῃς εἰς τὸ δήγματος ἔξωθεν τὸ ἀποτρεπτικός, ὡς οἴονταί τινες, ἀλλ' ἔστιν ἡ γενικὴ πρὸς τὸ δακτύλιος, οὕτως. ἀλλ' οὐκ ἔστιν ὁ δακτύλιος δήγματος συκοφάντου. τουτέστιν, οὐκ ἔχει ἰσχὺν πρὸς τοὺς συκοφάντας, ὥσπερ εἰς τὰ τῶν ὄφεων δήγματα.

Gerardvs. Προτιμῶ] propriè eſt, pluris facio, pro